

Výuková pomůcka k předmětu

# **LATINA PRO ARCHIVÁŘE 2**

## pro kombinovanou formu studia

Mgr. Petr Polehla, Ph.D.

Katedra pomocných věd historických a archivnictví FF UHK



FF UHK 2017

## **STRUKTURA POMŮCKY**

### **Úvod**

#### **I. Přehled gramatiky a gramatická cvičení**

#### **II. Čítanka z antických reálií**

#### **III. Malý latinský výkladový slovník**

#### **IV. Testy**

# ÚVOD

**Cílem** výuky je předat posluchačům prohloubené základy latinské gramatiky v návaznosti na předchozí výuku a dovést studenty k pochopení a porozumění jednodušších latinských textů zejména s historickou tematikou.

## Struktura kurzu

- 1.–2. Participium perfekta pasiva
- 3.–4. Ablativ absolutní
- 5.–6. Futurum II; part. fut. akt., opisné časování činné
- 7.–8. Vazba akusativu s infinitivem
- 9.–10. Vazba nominativu s infinitivem
11. Vazy po slovesech „iubeo“ a „veto“
12. Četba vypraných textů
13. Opakování, možnost dotazů

## Povinná literatura:

Markéta KLOSOVÁ, *Vestibulum*, Praha, 1999.

František NOVOTNÝ, *Základní latinská mluvnice*, 2. vyd., Praha 1992.

Petr POLEHLA, *Latinská čítanka a cvičebnice pro studenty historických oborů*, Hradec Králové 2007.

## Doporučená literatura:

Eva BILÍKOVÁ, *Přehled latinské mluvnice sestavený v tabulkách*, Brno, 1991.

Jana MIKULOVÁ, *Základní kurz latiny II*, Brno 2013.

Dirk PANHUIS, *Gramatika latiny*, Praha, 2014.

Jiří PECH, *Latina pro gymnázia I*, 4. vyd., Praha 1998.

Josef Miroslav PRAŽÁK, *Latinsko-český slovník*, 19. vyd. Praha, 1980.

Jana ZACHOVÁ, *Latina pro historiky a archiváře*, 3. přeprac. vyd. Praha, 1994.

**PARS I**  
**PŘEHLED GRAMATIKY**  
**A GRAMATICKÁ CVIČENÍ**

Cvičení odpovídají gramatice probírané v rámci výuky předmětu Latina 2 dle skript

M. Klosová: VESTIBULUM, Praha 2004 (2. vydání).

U každého oddílu je uvedeno, na jaké gramatické jevy je cvičení především zaměřeno, a které lekci ve zmíněných skriptech odpovídá. Překlady a úkoly zasílají studenti průběžně vyučujícímu dle dohodnutého harmonogramu.

Překlady vybraných cvičení jsou v klíči za oddílem I, aby si mohli studenti sami ověřovat správnost svých řešení.

## I. 1. PARTICIPIUM PERFEKTA PASIVA

(Vestibulum, lekce IV a XVIII)

Participium perfekta pasiva je jmenný slovesný tvar tvořený od supinového kmene:

laudo, āre, āvi, **ātum** → **laudātum** → **laudātus, - a, - tum**

Participium perfekta pasiva skloňujeme jako přídavná jména I. a II. deklinace (clārus, -a, -um).

Překládat ho můžeme 4 způsoby, podobně jako participium prezentu aktiva.

Doporučujeme zejména překlad přídavným jménem slovesným vyjadřujícím trpnost a předčasnost:

oppidum deletum – zničené město (jde o part. per. pas. od slovesa dēleo, ēre, ēvī, **dēletum**).

### Určete a přeložte:

1. oppida deleta, liberi bene educati, libri scripti, carmen cantatum, epistula lecta, naves fractae, milites capti, cives necati, serva missa, pueri puniti, inimici fugati

2. templa deleta ab hostibus, urbs deleta vento, epistula missa ad fratrem, fabula a matre narrata, de inimicis victis, in oppidis occupatis, cum servis castigatis

3. domini castigantes servos, servi a dominis castigati, milites Gallos vincentes, Romani a Gallos victi, feminae coenam preparantes, coena a feminis preparata, cum ducibus captis, sine poetis scribentis, officia neglecta

## **I. 2. ABLATIV ABSOLUTNÍ**

(Vestibulum, lekce XX)

### **Úkoly k následujícímu cvičení:**

1. Vyznačte v každém slovním spojení participium (pokud je součástí vazby) a určete, o jaký typ se jedná (part. prezézentu aktiva či perfekta pasiva).
2. Určete pomocí slovníku, z jakého slovesa jsou participia vytvořena.
3. Přeložte slovní spojení.

1. necato filio; obsidibusque datis; his rebus ita actis; signo dato; eo absente;  
compluribus expugnatis oppidis; inita hieme; pace facta; Aenea duce; amissa anima;  
bello confecto; capta urbe; causa cognita; confecto proelio; coniuratione patefacta;  
convocato senatu; devictis Atheniensibus

### **Úkoly k následujícím větám:**

1. Vyznačte ve větách všechny členy ablativu absolutního
2. Přeložte nejprve podmět, přísudek a další větné členy
3. Přeložte ablativ absolutní
4. Přeložte celou větu tak, aby byl v překladu správně použit čas a rod odpovídající kontextu věty (času přísudku) a typu participia v abl. abs.

- 1) Feriis finitis discipuli in scholam properant.
- 2) Amulio necato Numitor rex factus est.
- 3) Caesar castris positus aciem instruxit.
- 4) Imperatore hortante proelium commissum est.
- 5) Patre imperante domi mansit.
- 6) Imperator nullo amisso exercitum reduxit.
- 7) Tyranno necato patria libera fuit.
- 8) Vobis dormientibus montem conscendi.
- 9) Hannibale revocato apud Zamam dimicatum est.
- 10) Omnibus sociis interfectis Ulixes solus dis adiuvantibus servatus est.
- 11) Utinam bello finito statim domum venires!
- 12) Hostibus appropinquantibus omnes in timore erant.
- 13) Germani castris deletis provincias vastaverunt.
- 14) Germani castris deletis provinciisque vastatis in Italiam iter fecerunt.

### I. 3 FUTURUM II; PART. FUT. AKT., OPISNÉ ČASOVÁNÍ ČINNÉ

(Vestibulum, lekce XXI)

**Indikativ futura II.** aktiva se tvoří od perfektního kmene slovesa připojením koncovek

**-erō, -eris, -erit, -erimus, -eritis, -erint**

Indikativ futura II. pasiva je tvořen participiem perfekta pasiva příslušného slovesa a tvary indikativu futura I. slovesa *esse*; např. *laudatus ero*.

**Participium futura aktiva** se tvoří od supinového kmene přidáním koncovek

**-urus, -ura, -urum**; např. *laudaturus, laudatura, laudaturum*.

Participium futura aktiva se skloňuje jako přídavná jména I. a II. deklinace (*clārus, -a, -um*). Vyjadřuje děj v budoucnu zamýšlený či chtěný. Proto je překládáme nejčastěji slovesným přídavným jménem vyjadřujícím aktivnost utvořeným od slovesa *hodlat*; např. *cantaturus sum* – hodlající zpívat.

**Určete a přeložte:**

1. *scriptor librum scripturus; milites pugnaturi; orator laudaturus; puellae cantaturae; hostes oppidum deleturi; parentes pueros castigaturi, cives civitatem defensuri*

**Úkoly k následujícím větám:**

1. Určete rod a číslo participia futura aktiva.
2. Přeložte tvary slovesa *esse*.
3. Přeložte celé věty s použitím slovesa *hodlat, chystat se...*

1. *Puniturus sum.*
2. *Laudaturi eramus.*
3. *Moniturae erant.*
4. *Castigaturi sunt.*
5. *Cantaturae fuerunt.*
6. *Laboratura est.*

**Úkoly k následujícím větám:**

1. Určete pád, rod a číslo participia fut. akt.
  2. Přeložte správně věty.
- 
1. Video dominos servos punituros.
  2. Hostes urbes inimicorum oppugnaturi erant.
  3. Puellae probae mane laboraturae sunt.
  4. Milites non pugnatos dux hortatus est.
  5. Pueri venaturi in silvam properant.



#### **I. 4. VAZBA AKUSATIVU S INFINITIVEM**

(Vestibulum, lekce XXII)

##### **Přiřaďte k větám správný překlad:**

(Promyslete dobře všechny časy sloves a infinitivů.)

1. Dicunt matrem eum monere.
2. Dicunt matrem eum monuisse.
3. Dixerunt matrem eum monere.
4. Dixerunt matrem eum monuisse.

- a) Říkají, že ho matka napomenula.
- b) Řekli, že ho matka napomíná.
- c) Řekli, že ho matka napomenula.
- d) Říkají, že ho matka napomíná.

##### **Úkoly k následujícím větám:**

1. Určete a přeložte v každé větě slovesa smyslového vnímání, myšlení, projevu, či vůle, po nichž v latině následuje vazba akusativu s inf.
2. Označte členy vazby akusativu s infinitivem.
3. Určete, o jaký typ infinitivu se jedná.
4. Přeložte věty (použijte správný čas a rod odpovídající latinskému infinitivu).

- 1 Scio Romam temporibus antiquis urbem maximam fuisse.
2. Credo eum hoc nescire.
3. Avus nepotem putat mane surrexisse.
- 4 Frater tuus mihi scripsit te iam Roma discessisse et mox Athenas venturam esse.
- 5 Dicebant Iuliam optimam discipulam esse.

- 6 Antigona se vitam amissuram esse scivit.
- 7 Cato dixit: Carthaginem delendam esse.
- 8 Antigona se vitam amissuram esse scivit, sed tam fortis erat, ut metum mortis superaret.
- 9 Quis tam contentus est, ut nulla re egeat?
- 10 Hostes diu studuerunt, ne loco moverentur, sed denique fugere coacti sunt.
- 11 Nemo credat se tam fortem esse, ut numquam vinci possit.
- 12 Nemo credat se non aliquando vinci posse.
- 13 Dido valde doluit, quod Aeneas, ut maneret, adduci non potuit.
- 14 Me mox reventurum esse spero.
- 15 Caesar militibus imperavit, ne hostes fugientes necarent.
- 16 Quintus se hoc nescire dicit.
- 17 Incolae exercitum Romanum sibi subventurum esse sperant.
- 18 Athenienses damnaverunt. Iudices Socratem senserunt deos antiquos irridere.
- 19) Legati ad Caesarem venerunt nuntiantes se ab hostibus fugatos esse. Caesar scivit eos pugnam ignave vitavisse.
- 20) Moenia Troiae a duobus deis aedificata esse dicuntur.

## I. 5. VAZBA NOMINATIVU S INFINITIVEM A VAZBA PO SLOVESECH IUBEО, VETO (Vestibulum, lekce XXIII)

### 1. Úkoly k následujícím větám:

1. Označte přísudek latinské věty (sloveso v pasivním určitém tvaru) a přeložte pomocí 3. osoby a zvrátého *se* (říká se, myslí se ...).
2. Vyznačte a gramaticky určete infinitiv.
3. Přeložte věty

1. Traditur Homerus caecus fuisse.
2. Cornelia dicitur in forum vadere.
3. Caesar in Gallia vicisse dicitur.
4. Cornelius in foro stare creditur.
5. Magnus et prudens esse dicor.
6. Vergilius poemata magna fecisse dicitur.
7. Deceptus esse videris.

### 2. Úkoly k následujícím větám:

1. Určete gramaticky a přeložte tvary sloves *iubeo, veto*
2. Najděte podmět a předmět a určete, kdo komu přikazuje nebo zakazuje
3. Najděte infinitiv a přeložte, co (jaká činnost) se přikazuje či zakazuje.

#### 4. Přeložte věty

- 1) Iubeo te venire.
- 2) Dominus iubet servum laborare.
- 3) Rex iussit oppidum muniri.
- 4) Milites ab imperatore vetiti sunt feminas necare.
- 5) Dux inimicorum iussus est necari.
- 6) Servi iussi sunt in agris laborare.
- 7) Statuae vetitae sunt deleri.
- 8) Puellae iubentur in schola bene laborare.
- 9) Caesar vetuit milites castra movere.
- 10) Iussi sumus pro patria laborare.

## **KLÍČ K VYBRANÝM CVIČENÍM**

### **I. 1. PARTICIPIUM PERFEKTA PASIVA**

1. zničená města, dobře vychované děti, napsané knihy, zazpívaná píseň, přečtený dopis, rozbité lodě, zajatí vojáci, zabití občané, poslaná otrokyně, potrestaní chlapci, zahnaní nepřátelé

2. chrámy zničení nepřáteli, město zničené větrem, dopis poslaný bratrovi, pověst vyprávěná matkou, o poražených nepřítelích, v obsazených městech, s pokáranými otroky

3. páni trestající otroky, otroci potrestaní pány, vojáky porážející Galy, Římané poražení Galy, ženy připravující hostinu, ženami připravená hostina, se zajatými vojevůdci, bez písícih básníků, zanedbané povinnosti

### **I. 2. ABLATIV ABSOLUTNÍ**

1. když syn byl zabit; když rukojmí byla dána; když se věci takto udály; na dané znamení; když byl (je) nepřítomen; když byla mnohá města dobytá; na počátku zimy; když byl sjednán mír, když byl Aeneas vůdcem (za A. vedení); po vypuštění duše, když byla válka ukončena, když bylo město obsazeno, když byla poznána příčina; když bitva skončila, když bylo spiknutí odhaleno, po svolání senátu, po porážce Atéňanů

### **I. 3 FUTURUM II; PART. FUT. AKT., OPISNÉ ČASOVÁNÍ ČINNÉ**

1. spisovatel hodlající psát knihu, vojáci hodlající bojovat, řečník chystající se chválit, dívky hodlající zpívat, nepřátelé chystající se zničit město, rodiče hodlající napomenout chlapce, občané hodlající bránit město

### **I. 4. VAZBA AKUSATIVU S INFINITIVEM**

1d, 2a, 3b, 4c

## **I. 5. VAZBA NOMINATIVU S INFINITIVEM A VAZBA PO SLOVESECH IUBEO, VETO**

1. 3.

1. Říká se, že Homér byl slepý.
2. Říká se, že Cornelia jde na náměstí.
3. Říká se, že Caesar v Galii zvítězil.
4. Myslí se, že Cornelius stojí na náměstí.
5. Říká se, že jsem vznešený a moudrý.
6. Říká se, že Vergilius vytvořil velkolepé básně.
7. Zdá se, že jsi byl oklamán.

## PARS II

### ČÍTANKA Z ANTICKÝCH REÁLÍÍ



#### ZJEDNODUŠENÉ TEXTY

*Přečtěte si následující texty, splňte úkoly a odpovězte na uvedené otázky:*

#### *De coniuratione Catilinae*

Primo a. Chr. n. saeculo res publica Romana magno in periculo fuit; nam Catilina, vir summo loco natus, contra senatum magistratumque coniuraverat et socios spe victoriae et praedae in rem publicam incitaverat. Tum Cicero consul senatum convocavit et: «Catilina», inquit, «rei publicae perniciem parat. Pigri fuistis. Quid cessatis in dies? Olim senatus in officiis fidus et severus fuit; saepe ab initio diei usque ad meridiem vel ad vesperum de re publica consultavit et res arduas superavit. Etiam hodie populus auxilium ex senatu sperat. Cur dubitatis pro patria, pro liberis, pro aris pugnare? Parati este copias Catilinae mecum fugare! Rei publicae in rebus adversis fidem servavisse honestum erit.» Deinde senatus Catilinam damnavit. Paulo post exercitus Romanus cum Catilina in planitie Etruriae acie decertavit. Dies Catilinae ater fuit. Ita Cicero rem publicam magno periculo liberavit.

#### **Úkoly:**

Vypište z textu všechny tvary slovesa *esse*.

Vypište všechna ostatní slovesa v perfektu a morfologicky je určete.

Vypište všechna slovesa v plusquamperfektu a morfologicky je určete.

#### **Odpovězte na otázky:**

Proti čemu a komu bylo namířeno Catilinovo spiknutí?

Vystupoval Catilina jako jedinec, nebo měl spojence?

Jak bylo spiknutí potlačeno?

#### *De senectute*

Agricola post vitam longam aegrotus liberos convocavit et: «Vesper», inquit, «vitae meae adest. Piger non fui, sed cunctis negotiis non modo interfui, sed etiam praefui. Tamen divitiae in manibus meis non sunt. At magnae divitiae in agro insunt. Non iam diu apud vos adero. Tum divitiae agri erunt vestrae.» Filii interrogabant: «Quo loco agri thesaurus est? Estne aureus? Estne argenteus?» Sed pater: «Nisi», inquit, «officiis deeritis, divitias investigabitis», et iam mortuus est. Deinde filii magno studio agrum arabant et divitias investigabant. Sed frustra! Tum unus ex filiis: «Diu»,

inquit, «investigavimus. Sed divitiae desunt. Aderuntne aliquando? Iam absum a spe. Nonne pater nos fraudavit?» Postero autem anno magna copia frumenti in agro erat. Tum liberi laeti erant, quod sua industria divitias sibi comparaverant.

### **Úkoly:**

Vypište z textu všechny tvary slovesa esse a jeho složenin.

Určete základní tvary těchto složenin.

Vypište všechna ostatní slovesa v perfektu a morfologicky je určete.

### **Odpovězte na otázky:**

Jakým obrazem rolník naznačuje svoje stáří?

Je rolník bohatý?

V čem je jeho bohatství?

### ***De Gallia***

Olim Gallia bello domestico lacerabatur. Haedui enim cum Sequanis de principatu dimicabant. Postremo Haedui auxilium a Romanis imploraverunt: A Sequanis vexamur. Saepe pugnabatur, oppida et agri nostri vastabantur. Nunc Sequani Germanum Ariovistum, regulum Sueborum, advocaverunt, et Germani magna tributa a nobis postulaverunt. Sed vita misera a nobis non iam tolerabitur, nisi res nostrae mutabuntur et Germani a vobis multabuntur. Ab amicis et sociis adiuvari aequum est, a viris barbaris vexari indignum est. Properate nobis adesse! Si a vobis adiuvabimur, a Germanis non iam violabimur.» C. Iulius Caesar Gallos placabat et: «A me», inquit, «adiuvabimini. Consilia mea vobis mox nuntiabuntur.» Deinde Caesar Ariovisto in colloquio: «Dum ego», inquit, «in consulatu eram, tu amicus populi Romani appellaberis. Nunc alii amici Romanorum a te vexantur. Amici nostri a nobis adiuvabuntur. Itaque, nisi statim in Germaniam remigrabis, a me fugaberis.» Ariovistus non obtemperavit. Itaque Caesar paulo post cum Ariovisto acie decertavit et exercitui Germanorum perniciem paravit.

### **Úkoly:**

Vypište z textu všechny tvary slovesa v pasivu.

Vypište všechna ostatní slovesa v perfektu a morfologicky je určete.

### **Odpovězte na otázky:**

Čím nejvíce zpočátku Galie trpěla?

Čím byla sužována posléze?

Kdo nabídnul Galům pomoc?

Kdo ze soupeřů zvítězil?

### *De ludis Olympiis*

Migremus in Peloponnesum, ut ludos Olympios spectemus! Ne timeamus viae longitudinem! – Magna multitudo hominum adest; adsunt etiam legationes nationum longinquarum. Spectate pulchritudinem regionis, multitudinem statuarum, magnitudinem templi Iovis! Spectate in templo miram Iovis imaginem auream et eburneam! Quam pulchrae sunt arbores luci sacri! Cras erit primus dies festus. Viri discum iaculumque iactabunt et cursu equorum aliisque modis certabunt. Ab oratoribus orationes praeclarae habebuntur. Denique victores ramis olivae ornabuntur.

### **Úkoly:**

Vypište z textu konjunktivy a morfologicky je určete.

Vypište z textu všechna slovesa v imperativu.

Vypište všechna slovesa ve futuru a morfologicky je určete.

### **Odpovězte na otázky:**

Bude na olympijských hrách mnoho lidí?

Co vše tam bude k vidění?

V čem se bude první den soutěžit?

Co čeká na vítěze?



## PŮVODNÍ NEKRÁCENÉ TEXTY

### *C. IVLI CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIBER PRIMVS*

[1] Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea quae ad effeminandos animos pertinent important, proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una, pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad septentriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani quae est ad Hispaniam pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones.

### *ORATIO IN L. CATILINAM PRIMA*

[1] I. Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora voltusque moverunt? Patere tua consilia non sentis, constrictam iam horum omnium scientia teneri coniurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris? [2] O tempora, o mores! Senatus haec intellegit. Consul videt; hic tamen vivit. Vivit? immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem fortes viri satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem, quam tu in nos [omnes iam diu] machinaris.

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo,  
sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat. 90  
poena metusque aberant, nec verba minantia fixo  
aere legebantur, nec supplex turba timebat  
iudicis ora sui, sed erant sine vindice tuti.  
nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,  
montibus in liquidas pinus descenderat undas, 95  
nullaque mortales praeter sua litora norant;  
nondum praecipites cingebant oppida fossae;  
non tuba directi, non aeris cornua flexi,  
non galeae, non ensis erat: sine militis usu  
mollia securae peragebant otia gentes. 100  
ipsa quoque immunis rastroke intacta nec ullis  
saucia vomeribus per se dabat omnia tellus,  
contentique cibus nullo cogente creatis  
arbuteos fetus montanaque fraga legebant  
cornaque et in duris haerentia mora rubetis 105  
et quae deciderant patula Iovis arbore glandes.  
ver erat aeternum, placidique tepentibus auris  
mulcebant zephyri natos sine semine flores;  
mox etiam fruges tellus inarata ferebat,  
nec renovatus ager gravidis canebat aristis; 110  
flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,  
flavaque de viridi stillabant ilice mella.

Postquam Saturno tenebrosa in Tartara misso  
sub Iove mundus erat, subiit argentea proles,  
auro deterior, fulvo pretiosior aere. 115  
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris  
perque hiemes aestusque et inaequalis autumnos  
et breve ver spatiis exegit quattuor annum.  
tum primum siccis aer fervoribus ustus  
canduit, et ventis glacies adstricta pependit; 120  
tum primum subiere domos; domus antra fuerunt  
et densi frutices et vinctae cortice virgae.  
semina tum primum longis Cerealia sulcis  
obruta sunt, pressique iugo gemuere iuveni.

Tertia post illam successit aenea proles, 125  
 saevior ingeniis et ad horrida promptior arma,  
 non scelerata tamen; de duro est ultima ferro.  
 protinus inrupit venae peioris in aevum  
 omne nefas: fugere pudor verumque fidesque;  
 in quorum subiere locum fraudesque dolusque 130  
 insidiaeque et vis et amor sceleratus habendi.  
 vela dabant ventis nec adhuc bene noverat illos  
 navita, quaeque prius steterant in montibus altis,  
 fluctibus ignotis insultavere carinae,  
 communemque prius ceu lumina solis et auras 135  
 cautus humum longo signavit limite mensor.  
 nec tantum segetes alimentaue debita dives  
 poscebatur humus, sed itum est in viscera terrae,  
 quasque recondiderat Stygiisque admoverat umbris,  
 effodiuntur opes, inritamenta malorum. 140  
 iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum  
 prodierat, prodit bellum, quod pugnat utroque,  
 sanguineaue manu crepitantia concutit arma.  
 vivitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus,  
 non socer a genero, fratrum quoque gratia rara est; 145  
 imminet exitio vir coniugis, illa mariti,  
 lurida terribiles miscent aconita novercae,  
 filius ante diem patrios inquiri in annos:  
 victa iacet pietas, et virgo caede madentis  
 ultima caelestum terras Astraea reliquit. 150  
 Neve foret terris securior arduus aether,  
 adfectasse ferunt regnum caeleste gigantas  
 altaue congestos struxisse ad sidera montis.  
 tum pater omnipotens misso perfregit Olympum  
 fulmine et excussit subiecto Pelion Ossae. 155  
 obruta mole sua cum corpora dira iacerent,  
 perfusam multo natorum sanguine Terram  
 immaduisse ferunt calidumque animasse cruorem  
 et, ne nulla suae stirpis monimenta manerent,  
 in faciem vertisse hominum; sed et illa propago 160  
 contemptrix superum saevaeque avidissima caedis  
 et violenta fuit: scires e sanguine natos.

*P. VERGILI MARONIS AENEIDOS LIBER PRIMVS*

Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris  
Italiam, fato profugus, Laviniaque venit  
litora, multum ille et terris iactatus et alto  
vi superum saevae memorem Iunonis ob iram;  
multa quoque et bello passus, dum conderet urbem, 5  
inferretque deos Latio, genus unde Latinum,  
Albanique patres, atque altae moenia Romae.

Musa, mihi causas memora, quo numine laeso,  
quidve dolens, regina deum tot volvere casus  
insignem pietate virum, tot adire labores 10  
impulerit. Tantaene animis caelestibus irae?

## PARS III

### MALÝ VÝKLADOVÝ SLOVNÍK

#### Artes

**Ars** (artis, f.) est disciplina vel operandi modus, qui nihil est nisi facultas longam seriem actionum specialium exsequendi, ut finis quidam attingantur. Sensu stricto, ars contracta est in quadam habilitate, sed comprehendit omnes vias et modos res bene agendi discendos.

Olim omnes artes in artes liberales et artes illiberales divisae sunt. Artes sic liberales appellabantur quae censebantur hominibus liberis discendi aptae.

**Artifex** est qui aliquam artem exercet. Artifices magna superbia suis operibus gloriantur; et saepe censentur per suum magnum opus. Lucretius per suum De Rerum Natura, Michael Angelus Bonarotius per Davidis signum, Gulielmus Shakesperius per tales ludos sicut Romaeus et Iulia et Amletus, Princeps Daniae, Thomas Edison per globulum electricum, Gulielmus Marconi per radiophonum, etc.

**Artes liberales** sunt artes quae dignae idoneaeque putantur, ut homines liberi beata mentis vita versentur, adversus eas inliberales artes, quae sunt ad fines serviles, occupationales,? aut oeconomicas.

Graeci quamquam iuvenes liberos certis doctrinarum disciplinis erudiendos esse affirmabant, tamen certum numerum earum non noverunt.

Cicero eruditionem perfecti oratoris disscribens artes liberales docuit geometriam, musicam, studium litterarum poëtarumque complecti, cum scientiis naturalibus, ethica, et civilitate.

Apud Romanos encyclion - ut ita dicam - septem artium disciplinam primus Marcus Terentius Varro polyhistor protulit. Quae divisae in trivium et quadrivium libris Martiani Capellae, Flavii Aurelii Cassiodori, Isidori de Sevilla Medio Aevo traditae sunt.

Ita ab antiquitate usque ad aetatem medioaevalem tandem, artes liberales dicuntur septem quae et eruditionem in monasteriorum scholis et curricula universitaria constituebant. Hae artes in partes duas divisae sunt, trivium et quadrivium appellatas:

Trivium: grammatica, rhetorica, dialectica

Quadrivium: arithmetica, geometria, musica, astronomia

Quadrivii disciplinae appellatae sunt post disciplinas in quas olim Pythagoriani fautores omnem mathematicam dividerunt:

Arithmetica: numerus purus

Geometria: numerus in spatio


Musica: numerus in tempore

Astronomia: numerus in spatio temporeque

Anonymus auctor medioaevalis illos versiculos excogitavit, quibus hae disciplinae memoriae mandari solebant:

GRAM loquitur, DIA verba docet/colit, RHET verba ministrat/colorat,

MUS canit, AR numerat, GEO ponderat, AST colit astra.



*Septem artes liberales, pictura in Horto deliciarum Herradi von Landberg saeculi duodecimi producta*

**Astronomia** (Graece ἀστήρ 'stella' + νόμος 'lex') est veterrima scientia naturalis, summa omnium disciplinarum exactarum quae universum, quod extra planetam nostrum est, investigant. Haec scientia hodie a meteorologia et climatologia distinguitur, quae praesertim astrorum vis et effectus in caelum nostrum investigant, quamvis impetus ad stellas intellegendas primitus fuerat, ut agricolae tempus anni serendo, plantando, messes faciendo idoneum scirent.

Claudius Ptolemaeus (Graece Κλαύδιος Πτολεμαῖος; natus circa annum 85; mortuus circa 165), magis notus simpliciter ut Ptolemaeus, fuit culmen geographiae ac astronomus Graecus

aetate Imperii Romani, qui scilicet Alexandriae vixit.

*Claudius Ptolemaeus astrologus saeculi II*

*astra scrutatus theoria geocentrica systematis solaris proposuit.*



Astronomia haec corpora caelestia investigat:

Sol

Planetae

Planetulae

Satellites planetarum

Asteroides

Cometae

Meteoritae

Stellae (aut astra) extra ordinem solarem nostram

**Sol** (-is, m.) est stella in medio Systemate Solari sita, sphaera paene absoluta et perfecta,

Sine solis vi, vita in Terra fieri non posset, quia ille lucem caloremque emittit qui necessarii functionibus vitae sunt.

Romani antiqui Solem in eorum religione unus ex deorum esse habebant. Biblia Sacra in primo capitulo libri Genesis narrant Deum Iudaeorum Solem una cum Luna creavisse.

**Planeta** (-ae, m.),[1] sive caelestis,[2] olim stella errans, est corpus caeleste in spatio situm. Planetae propriam lucem non emittunt, et circum stellam sive Solem orbitam sequuntur; difficile tamen est dictu quid exacte planeta sit.

**Stella** (-ae, f.),[1] vel astrum (-i, n.),[1] vel sidus (-eris, n.),[1] in astronomia[2] est sphaera gasii gravitate retenta quae energiam fusione nucleari generat. Sunt multa stellarum genera, quae colore, magnitudine, candore, temperatura, densitate, copia, spatiis temporis rationum nuclearium, ceterisque inter se differunt.

**Architectura** (-ae, f.) est ars scientiaque adumbrandi aedificandique aedificia. Verbum architecturae a Graece ἀρχιτεκτων, ab ἀρχι- 'dux' et τεκτων 'aedificator' deducitur. Vitruvius docet:

Architecti est scientia pluribus disciplinis et variis eruditionibus ornata, cuius iudicio probantur omnia, quae ab ceteris artibus perficiuntur opera. Ea nascitur ex fabrica et ratiocinatione. Fabrica est continuata ac trita usus meditatio ad propositum deformationis, quae manibus perficitur e materia, cuiuscumque generis opus est. Ratiocinatio autem est, quae res fabricatas sollertiae ac rationis proportionem demonstrare atque explicare potest. — Vit., De arch. I 2.18 ss.

Fines Architecturae antiquae multiplices sunt. Monumenta fecerunt saepe imperatores ad victorias celebrandas (vide exempli gratia Romae arces quasdam). Tempa aedificaverunt, ut pietatem demonstrarent aut ad se numina verterent. Aquae ductus aedificaverunt, ut aquam salubri potu ad urbes vel castra ducerent.

**Aedificium, sive aedes** (-is, f.), est opus humanum usitate cum tecto, ostiis aut fenestris, ex ligno vel lapide vel ferro vel alia materia constructum. Sunt varia genera aedificiorum, quae secundum usum eorum disponi possunt. Exempli gratia: templum, domus, taberna, pyramis, etc.

**Tectum** est superioris aedificiorum pars, quae a pluvia, nive, etc. aedes protegit. Ostium potest significare *Ianua*, introitus in domum.

**Fenestra** (Italice finestra; Francogallice fenêtre) est foramen vel porta in muro vel pariete aedificii currusque aerem lucemque admittentem et ex eo perspiciendam in exteriorem versus apta.

**Templum** primum fuit vel spatium aliquod certum et apertum, praecipue auguriis designatum et sacrum. Ab hoc, nomen etiam adhibetur aedibus quae deis consecratae erant.

**Domus** (-us, f.) est aedificium vel structura quae ab hominibus vel aliis animalibus habitari potest.

**Pyramides Aegyptiae** sunt maxima pharaonum sepulcra. Sunt in Aegypto plus quam centum pyramides, plurimae in regnis Antiquo et Medio aedificatae. Prima pyramis est pyramis graduum Djoseri in Sakkara, ab Imhotepe aedificata. Longe notissimae sunt pyramides Gizenses, quae inter aedificia maxima mundi habentur et sola e septem miraculis mundi adhuc exstant.

**Fora Imperatorum** sunt ordines monumentalium arearum per unum saeculum et dimidium (nempe inter 46 a.C.n. et 113) media Urbe ab Imperatoribus aedificata.

Ipsam **Forum Romanum** non inter Fora Imperialia numeratur, quae area primum tempore Regum constituta, saeculo ca. sexto, saecula erat sedes rei politicae, religiosae, et oeconomicae in Urbe. Multis et novis aedificiis et renovationibus, multis monumentis ornantibus non obstantibus Forum Romanum numquam fuit unitariae naturae. Sub Caesare et Augusto, constructio Basilicae Iuliae et restructio Basilicae Aemiliae, quae limites fori definierunt, ei quandam regularitatem dederunt.

Forum Romanum est celeberrimus Romae in media urbe situs, imperii Romani sedes. Aedificia magnifica et templa praeclara forum continebat. Multae reliquiae etiam nunc exstant, velut curia, templum Saturni, templum Vestae, et templum Concordiae.

In **curia** quondam senatores de imperio Romano consulebant. In Saturni templo quaestores aerarium custodiebant et administrabant. Vestales in templo Vestae rotundo flammam sanctam servabant; habitabant in atrio ad templum Vestae sito.

Romani non modo templa deorum dearumque, sed etiam basilicas magnas frequentabant, imprimis basilicam Iuliam. In basilicis mercatum habebant aut ius dicebant. Tecta basilicarum magnae columnae sustinebant.

**Stadium** (Graece: στάδιον) est locus, quo quaelibet certamina (musica, athletica sive gymnica, equestria, tempore Romano etiam gladiatoria) eduntur. Area certaminum structuris plerumque tecto carentibus circumdatur, a quibus spectatoribus stantibus vel sedentibus ea quae fiunt spectare licet.





*Stadium Messenae (in Peloponneso) gradibus lapideis instructum*

Cum in Graecia et Asia Minore stadia etiam tempore Romano instituta sunt, in Italia parvi momenti erant, quod certamina Graeca ibi religione carebant et praeterea inhonesta habebantur. Tamen imperator Domitianus Romae stadium (hodiernam Aream Agonalam) aedificari iussit.

Apud Romanos multo maioris momenti erant **amphitheatra**, in quibus munera gladiatoria et venationes dabantur. Exemplar notissimum est Amphitheatrum Flavium Romae. Ex amphitheatris Romanis stadium hodiernum profectum est.

**Amphitheatrum** (Graece ἀμφί, amphī 'circum' + θέατρον theatron 'locus ad spectandum idoneus') est aedificium architecturae Romanae antiquae ad munera et venationes adhibitum. Forma aedificii similis est theatro sed circulus, non semicirculus est. Clarissimum amphitheatrum Romae est Amphitheatrum Flavium.

## Mythologia Romana

**Bacchus** (Graece Βάκχος), vel Dionysus (Graece Διόνυσος), Romanis etiam Liber pater, in mythologia Graeca et religione Romana fuit vini et ebrietatis deus, filius Iovis et Semelae.

**Semele** a Iunone decepta Iovem suasit ut se in maiestate monstraret, itaque adusta est; ergo Iuppiter prolem innatum in crure suo collocavit. Dionysus nuper natus a Iove seu Herme in monte Nysa reconditus est; ibi a nymphis nutritus est et a Sileno Satyrisque educatus. Mulieres Dionysi sectatores Maenades (seu Bacchae seu Bacchantes) nuncupantur.

Notissima est fabula quod **Pluto Proserpinam**, dum in prato flores collegit, arripiens secum ad inferos abduxit. Postquam Ceres filiam post longos errores Sole indicante repperit, pactum est, ut Proserpina quattuor menses anni apud inferos habitaret, reliquum autem tempus apud superos. Ex quo autem agri quotannis, cum Ceres filia a matre divulsa tristitia affectus sit, steriles manent (i.e., hiems est), donec Proserpina ad matrem revertatur et rus reflorescat.

**Ianus** (Iani, m.) fuit maximus et antiquissimus Romanorum deus, cui nullus Graecus deus similis repertus est; Ianuis enimvero et omnino transitibus principiisque,



praeerat. Huius dei aspectus est mirabilis, nam duo capita occipitio coniuncta praebet, quorum vultus alter prorsus, alter retrorsus spectat (ita in multis nummis expressus est), tamquam in transitu ianuae positus et introeuntes et exeuntes prospiceret. Itaque vel bifrons vel anceps vel geminus vel etiam nonnumquam, ut in Faliscis, quod quattuor vultus in quattuor partes versus ibi

possidebat, quadrifrons cognominatus est. Clavem etiam et virgam manu saepe tenet, ut deus ianuarum.

In religione Romana **Mars** erat deus belli, filius Iunonis et Iovis secundum fabulam, sed etiam solius Iunonis, quae a Flora genitorem petivit. Ille deus iuventutis et naturae roboris et maris roboris: nam in antiquissimis fabulis Italicis, ille cum Tempestatibus venit et omnia iuventutis illi sacra erant. Apud Italicis uxorem Opim duxit, nam Romae regia fanum eius deaeque fuit.

Nomen Martis Italicae originis esse videtur. Antea Mavortis habebat nomen, quod certe a stirpe reduplicata q.e. Mamart- > Mamert- est, quae extra linguas Italicas non est reperta. Dubium non est, quin Maris, deus Etruscus, originem Italicam habeat. Primo deus Romanus bellator fertilitatis herbarumque et defensor pecoris arborumque terminorumque populique, Mars postea imperium proelii attributus est et cum deo Graeco Are agnitus est. Sed apud Italicos ille fuit pater populorum et deus cultissimus ex omnibus, eo quod omnes populi Italici ab eo geniti sunt: Marsorum nomen a Marte, Hirpinorum nomen a hirpo, Sabino verbo pro lupo, Picentium a pico, sacro animali dei.

Mars erat etiam praeses deus Romae, et ut pater fabulosus fundatoris, Romulus, Mars esse proavus populi Romani habitus est.

Mars coniungit Ream Silviam, stirpes eorum Romulus et Remus erant. Romani ab ipsis nominantur filii Martis, et in ista urbe bellicosa veneratio cultusque Martis permagis erant quam in Graecia Aris.

In religione Romana, **Mercurius** (-i, m.) fuit deus mercaturae lucrique commerciique, Maia et Iovis filius. Nomen ei est cognatum verbo Latino merce. Etruscis Mercurius fuit Turms, et plurima priorum et fabularum ab deo simile Graeco, Herma, accomodata sunt.

Nomina e Mercurio in multitudinis disciplinarum orta sunt, exempli gratia, planetae Mercurii, elementique hydrargyri vel argenti element.




**Aeneas** (-ae, m.) Troianus in mythologia Romana est Veneris et Anchisae filius, cuius uxor, Creüsa, filia Priami Hecubaeque et soror Hectoris, ei Ascanium peperit. Troia capta Aeneas fugae se mandavit, ut Iovis et Apollinis iussu illos in sedes novas duceret, qui ex

populo Troiano superessent. Profugus vi tempestatis Karthagine delatus est, ubi Dido regina in amorem eius incidit. Aeneas monitu Iovis a Mercurio delato Didonem Karthaginemque reliquit, ut urbem novam posteritati e sanguine Troiano fato destinata conderet. Didone Aeneas et eius stirpem exsecrata, se interfecit.

Aeneas late mare peregrinatus Latium advenit, ubi Turno rege Rutulorum multis proeliis devicto Laviniam, filiam Latini regis, in matrimonium duxit. E Troianis et Latinis coniunctis gens Romana oriri creditur.

Aeneas fuisse virum summae pietatis Vergilius nos credere vult, nam e Troia incensa patrem Anchisen umeris extulit et Penates in Latium intulit; quare et Ennius et Vergilius poetae carmina heroica inlustrissima composuerunt.

## Religio christiana



**Ecclesia** (-ae, f.) (a Graeco Εκκλησία 'evocatio') est communio fidelium vel et domus eius in cuius nomine conveniunt fideles. vocabulo, quod ad Christianos attinet, haec significantur: mysticum Christi corpus; id est communio fidelium (quae saepe aequatur cum forma visibili, e.g. in Ecclesia Catholica vel in variis aliis partis (sectis) eadem ecclesiae, ut in secta Protestantium) contio (vel concio) Christianorum, qui uno loco se congregant, e.g. Ecclesia Christi Regis Atlantae, quasi partem formant ipsius Corporis Christi.

aedes sacrae (domus Dei), ubi congregantur Christiani, praesertim die Dominica. Ex Can. 1214: Ecclesiae nomine intellegitur aedes sacra divino cultui destinata, ad quam fidelibus ius est adeundi ad divinum cultum praesertim publice exercendum.

**Papa** (-ae, masc.) est episcopus Romanus, summus pontifex Ecclesiae Catholicae. Secundum doctrinam Catholicae Ecclesiae, papa est successor Sancti Petri et munus universae ecclesiae Christianae regendae gerit. Origo ministerii Petrini in Christi verbis Simoni coram apostolis dictis fundatur: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevallebunt adversum eam et tibi dabo claves regni caelorum et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum in caelis et quodcumque solveris super terram erit solutum in caelis. (Matt. 16,18-19)

Naturam huius ministerii ecclesia semper intellexit constantem temporis decursu esse, aliquo semper id exercente in ecclesia. Cum Petrus Romam pervenerit et ibi munere episcopali functus sit ibique mortuus, episcopi Romani semper solverunt officium hoc. Inde a veterrimis temporibus, ministerium paparum fuit non tantum erga Romam, sed erga universalem ecclesiam. Itaque papa Clemens I (tertius post Petrum) scripsit ad ecclesiam Corinthiorum ut pater, eos adiuvans et monens ut res ecclesiae suae recte disponerent. Natura huius muneris per historiam ecclesiae semper aptatur ad necessitates temporis, sed quoad essentiam semper eadem esse habetur.

In **Codice Iuris Canonici** sic definiuntur munus atque auctoritas Summi Pontificis:

"Can. 330—Sicut, statuente Domino, sanctus Petrus et ceteri Apostoli unum Collegium constituunt, pari ratione Romanus Pontifex, successor Petri, et Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur.

"Can. 331—Ecclesiae Romanae Episcopus, in quo permanet munus a Domino singulariter Petro, primo Apostolorum, concessum et successoribus eius transmittendum, Collegii Episcoporum est caput, Vicarius Christi atque Universae Ecclesiae his in terris Pastor; qui ideo vi muneris sui suprema, plena, immediata et universali in Ecclesia gaudet ordinaria potestate, quam semper libere exercere valet.

"Can. 333—§1. Romanus Pontifex, vi sui muneris, non modo in universam Ecclesiam potestate gaudet, sed et super omnes Ecclesias particulares earumque coetus ordinariae potestatis obtinet principatum, quo quidem insimul roboratur atque vindicatur potestas ordinaria, propria et immediata, qua in Ecclesias particulares suae curae commissis Episcopi pollent.

§2. Romanus Pontifex, in munere supremi Ecclesiae Pastoris explendo, communionem cum ceteris Episcopis immo et universa Ecclesia semper est coniunctus: ipsi ius tamen est, iuxta Ecclesiae necessitates, determinare modum, sive personalem sive collegialem, huius muneris exercendi.

§3. Contra sententiam vel decretum Romani Pontificis non datur appellatio neque recursus."

Nunc papa a cardinalibus in conclavi eligitur. Electio felix fumo albo fidelibus significatur. Papa in Civitate Vaticana habitat, etsi ecclesia cathedralis dioecesis Urbis est Basilica Lateranensis. Nunc Papa Franciscus est.

Papae tituli sunt:

Episcopus Romanus  
Vicarius Iesu Christi  
Successor principis apostolorum  
Caput Universalis Ecclesiae  
Summus Pontifex Ecclesiae Universalis[1] vel Pontifex Maximus  
Patriarcha Occidentis (unus ex quinque patriarchis antiquis: Romae, Constantinopolis, Alexandriae, Antiochiae, Hierosolymorum; hunc titulum Benedictus XVI in Annuario Pontificio anni 2006 omitti constituit)  
Primas Italiae  
Archiepiscopus et metropolitanus provinciae ecclesiasticae Romanae  
Princeps sui iuris Civitatis Vaticanae  
Servus Servorum Dei

Papae insignia sunt:

Anulus piscatoris  
Camaurus  
Fanon  
Flabella  
Insignia episcopalia  
Mantum papale  
Pallium  
Sedes gestatoria  
Subcinctorium  
Tiara sive triregnum (a Paulo VI abrogata)

**Cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae** est elector et praecipuus Romani Pontificis consultor. Cardinales, primum sacerdotes dioecesis Romae, hodie praesertim sunt episcopi maximorum mundi sedium sive ministri Romanae Curiae. Cardinales nominantur "Cardinales Episcopi" sive "Presbyteri" sive "Diaconi," etiam si quasi omnes sunt in gradu Sacrorum Ordinum Episcopi. Habent ecclesias "titulares" vocatas, in dioecesi Romae, quae exprimant munus eorum tamquam partem cleri Romae. Nominantur a papa, et creantur in consistorio ab eo vocato.

Cum bulla postquam verus die 3 Septembris 1586, Papa Sixtus V constituit maximum cardinalium numerum, id est septuaginta. Hic numerus primus anno 1958 a Papa Ioanne XXIII superatus est. Hodie maximus cardinalium numerus, qui papam eligere possunt, est centum viginti, sed saepe Papa Ioannes Paulus II hunc limitem excessit.

Cum littera apostolica Ingravescentem Aetatem die 21 Novembris anno 1970, Papa Paulus VI statuit:

II. Patres Cardinales, cum octogesimum aetatis annum conficiunt:

- 1) desinunt esse Membra Dicasteriorum Romanae Curiae ceterorumque Institutorum, quae in superiore articulo memorantur;
- 2) ius amittunt Romanum Pontificem eligendi atque adeo etiam ius in Conclave ingrediendi. Si quis vero Cardinalis inter Conclave octogesimum aetatis annum compleat, iure Romanum Pontificem eligendi frui hac vice pergit.

**Episcopus** est praesul ecclesiae, qui pro fidelibus in Christi persona agit. In Ecclesia Catholica Romana, episcopatus est summus ordo in sacramento ordinum sacrorum; in Ecclesia Anglicana, sacri ordines sunt unum ex quinque sacramentis non biblicis. Iuxta Sanctae Romanae Ecclesiae morem, episcopi et pontifices et antistites vocantur, quia summi sacerdotes sunt.

Per successionem apostolicam, episcopus fit apostolorum successor. Episcopi, qui ex divina institutione in apostolorum loco succedunt per Spiritum Sanctum qui vi consecrationis eis datur, in ecclesia pastores constituuntur, ut sint et ipsi doctrinae magistri, sacri cultus sacerdotes gubernationisque ministri. Ipsa consecratione episcopali recipiunt cum munere sanctificandi munera quoque docendi et regendi, quae tamem natura sua nonnisi in hierarchica communione cum Collegii Capite (cum Petro et sub Petro) et membris exercere possunt.

**Sacerdos** est homo cuius officium vel munus est ritus religiosos celebrare vel fungi, maxime victimam vel hostiam mactare et diis aut Deo donum offerre. Saepe in templo vel monasterio invenitur. Dux sacerdotum vel magister inter sacerdotes pontifex dicitur.

**Presbyter**, in ecclesiis quae successionem apostolicam noscunt, est qui secundum sacramenti ordinis gradum accepit. Episcopi summi sunt sacerdotes; presbyteri in munere eorum intersunt, sed diaconi sunt ordinati non ad sacerdotium sed ad ministerium. Eodem tempore presbyteri saepe sacerdotes vocantur. Tria sunt munera sacerdotum: munus regendi, ad quod pertinet populum Dei regere, et munus docendi (id est Christifideles in rebus ad fidem et mores pertinentibus erudiendi), et munus sanctificandi, quo populus Deo uniatur Deusque populo praesentetur. Ergo satis constat sacerdotem mediatorem Dei et hominum esse, non vice unius mediatoris Dei et hominum, hominis Iesu Christi, unici et summi sacerdotis, sed in persona Christi agentem, ut actio Christi praesentetur hominibus.

**Monachus**, vel monacha aut monialis (f.), est homo qui in monasterio vivit post votum religiosum.

## PARS IV.

### Testy

*Forma testů odpovídá testům započtovým.*

*Vypracované testy je možno zaslat ke kontrole vyučujícímu.*

*Test 1*

#### **PŘELOŽTE SLOVNÍ SPOJENÍ:**

melior patre

capta urbe

fuit

iussi sumus

#### **PŘELOŽTE VĚTY:**

Athenas veni multa aedificia antiquorum Graecorum visum.

Dominus servum iuvenem putat bene laboraturum esse.

Videtur parvo numero militum urbs inimicorum deletum iri.

Num quis Ciceroni par fuit eloquentia?

Audiebamus Germanos castris inimicorum deletis Romam profectos esse.

*Test 2*

**PŘELOŽTE SLOVNÍ SPOJENÍ:**

melior te

capta urbe

fuerant

iussae sunt

**PŘELOŽTE VĚTY:**

Quamquam iam est periculum depulsum, tamen domos vestros custodite.

Eum iam imperatorem esse sperabam.

Videris mox victum iri.

Caesar legatos ad se reverti iussit.

Audiebamus Gallos pontem a Romanis factum deleturos esse.

*Test 3*

**PŘELOŽTE SLOVNÍ SPOJENÍ:**

puellae monitae sunt

praeterito vere

verba scripta

Cicerone consule

**PŘELOŽTE VĚTY:**

Librum de coniuratione servorum emere non potui.

A matre nostra laudati sumus, quoniam in schola bene laborabamus.

Nullo prohibente urbs capta est.

Timeo, ne imperator omnes captivos hostium necari iubeat.

Scio Romanos ab antiquis temporibus statuas deorum coluisse.

**FINIS**